

## PRÆFATIO

dictis effluxerunt, *theses* meas probare fategi, quæ, uti dixi, porismatum sive Confectariorum loco esse poterunt, sive ex professo, sive incidenter dictum unum alterumq; tractaturo. Posterior vero, me non multa, sed multum dicere in ipsis *thesibus* voluisse, ostendet, lucemqve iisdem porrò foenerabitur non contemnendam, ut adeò si divinum Numen, quod iterum iterumqve oro, animitusqve obtestor, adspiraverit, absqve usu hanc meam opellam non fore, securus confidam; Lectorem benevolum intereà ex animi sententia valere jubens.



[Thes.]